viiii

Conserua me Domine quoniam in te speraui

mea. Et retribuet michi dominus secundum iusti
ciam meam et secundum puritatem manuum
mearum inconspectu oculorum eius. Cum
sancto sanctus eris. et cum uiro innocente inno
cens eris. Et cum electo electus eris.
et cum peruerso peruerteris. Quoniam tu
populum humilem saluum facies. et o
culos superborum humiliabis. Quoniam tu
illuminas lucernam meam domine. deus meus
illumina tenebras meas. Quoniam in te
eripiar a temptatione. et in deo meo
transgrediar murum. Deus meus in
polluta uia eius eloquia domini igne
examinata. protector est omnium speran
tium in se. Quoniam quis deus preter do
minum. aut quis deus preter deum nostrum.
Deus qui precinxit me uirtute. et po
suit inmaculatam uiam meam. Qui
perfecit pedes meos tamquam ceruo